

que sibi Clitum occidentis, narrat *Q. Curtius lib. 8. cap. 2.*, servitque ad refutanda accusantium ingesta contra remulenticæ probationem.

XI. Confito de *sufficiente* ad ebrietatem *causâ*, præsumetur effectus, quin à sic delinquente prætendi possit *tortura spiritualis*, aut *corporalis*, super articulo præsentiae animi.

XII. Imò nequidem *in dubio* de immodicitate ebrietatis veritas animi explorabitur per istas torturas; cùm homo, sibi à crapulâ restitutus, certò non sciat statum suæ mentis pro tempore ebrietatis.

XIII. Quod refert *Plutarchus* in convivio 7. Sapientùm Græciæ, à *Pittaco* eorum uno *duplam* ejus, quæ sobrio infligeretur, *pœnam* latam esse per ebrietatem peccanti, suo modo justum erat, secutusque est anno 1531. *Carolus V. Imp.* in constitutionibus Belgicis; injustum verò, si *planè* quis ebrius deliquerit, aut *immodicè ebrius* morte afficeretur instar sobrii.

XIV. Planè, si quis cum proposito delicti se *studiosè* inebriasset, pœna ordinaria justè huic dictaretur.

EX JURE TREVIRENSI.

Ait §. 3. *Tit. 14.* nostri juris statutarii: und damit über Erweisung der Interesse, so wohl ratione lucri cessantis, quàm damni emergentis, kein Streit entstehe, wollen wir selbiges auf ein gewisses, nemlich fünf vom hundert, hiemit modificiret haben.

I. Loquitur §phus iste de usuris, *ex morâ solùm*, citra stipulationem earum, solvendis.

II. In morâ vult cum jure communi constitui debitorem, aut per *diei*, aut per *hominis* interpellationem.

III. Mo-

III. Modificatio hæc ejus, quod interest, ad 5. pro centum, non admittit probationem *majoris* interesse, contra *Recess. Deputationis Imp. Spirensis* de anno 1600. §. 139., ubi quidem usuræ ex morâ similiter ad 5. pro 100. determinantur, mox autem subjungitur: da dem Creditori solch fünf Gulden nicht annehmlich, sondern er vermeinen wollte, tam ex lucro cessante, quàm damno emergente, ein mehreres zu forderen, daß ihm alsdann sein ganz Interesse zudeduciren, gebührlich zuliquidiren, und zubescheiden, und der richterlicher Erkenntnuß darüber zugewarten, unbenommen seyn soll. Valéine statutum nostrum contra hanc legem Imperii? R. Valet; quia hæc duntaxat concernit judicium *Camerae* Imperialis, nec pertinet ad *judicia Principum*, aliorumque Statuum.

IV. Sed nónne iniquum est, gratis mutuuum danti, & ob moram solutionis damnum emergens majus patienti, denegare audientiam, & juris auxilium! R. Iniquum est, si *absque lite liquidum* sit majus damnum, secùs si super quantitate ejusdem priùs litigandum foret: *lites* voluit arcere statutum, non *rei evidentiam*.

V. Quid? si creditori *ex morâ* nihil lucri decessisset, nihil damni emerisset? R. Pro foro conscientiae non posset usuras has accipere, nisi eas sibi expressè *pœna loco* stipulatus fuisset, ut essent *usurae punitivæ*; cùm non forent *compensativæ*.

TOPOGRAPHICUM CANONICUM.

Ad inscriptionem cap. licet 3. de feriis, & 6. de penit.

In cap. 3. *Alexander III.* indulget, ut paræcianis liceat diebus Dominicis, & aliis Festis, præterquam majoribus anni, si alecia terræ se inclinauerint, eorum captioni intendere. In cap. 6., ut hi, qui tenentur ad pœnitentiam in pane & aquâ, panem verò, quo vescantur, non habent,

ant, possint legumi
necessitas id exposcat,
recta fuit hæc epistola

1. Corpora juris in
Codices MSti S. Sin
mens Archiepiscopo.

2. Pithoeanum juris
Archiepiscopo.

3. Verbum *Tribuient*
quondam regia cur
marcâ *Gerachâ* (im
heim, ditionis Ha
quam, nec alecia illi
regii juris curte in p
manni Comitiss, qua
109, S. *Henricus* Im
ob ipso stabilitam ann

Correcturus erratur
in Topographiâ eccl
rem, autumando, leg
verò Treviri unquam
eos usque inclinantium
in Germaniâ hæc pesca
ces isti reperiuntur, c
scripsit ad provinciam
non reperiebatur, ut
tus interpres, hanc st
Trevirensi, tradente C